Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ Prussiæ Samogitiæ, Masoviæ, Kijoviæ, Volhiniæ Podoliæ Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ Severiæ Czernihoviæq. Nec non Hereditarius Dux Saxoniæ, Princeps et Elector,

Significamus Præsentibus Literis Nostris Quorum interest universis et singulis reperiri in actis Metricæ Cancellariæ, Nostræ Majoris magni Ducatus Lithvaniæ Privilegium Super Jus Theutonicum seu Magdeburgense oppido [illegible] in Anno Millesimo Quingentesimo octuagesimo Primo Die Decimo Quinto Mensis Junij Datum Cujus Privilegij tenor de verbo ad Verbum Sequitur estque talis Stephanus Dei Gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, etc. In Nomine Domini Amen Ad Perpetuam Rei Memoriam Quoniam Facta humana quantumcunque memorabilia facile intereunt nisi adjumento Literarum ad posteritatis notitiam transmittant. Proinde nos Stephanus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ Prussiæ etc. Significamus tenore Præsentium Literis Nostris Quibus Expedit universis et singulis præsentibus et futuris

ris

et futuris earum notitiam habituris Con
stitutos esse coram nobis et Senatoribus
Nostris oppidanos Civitatis Nostræ Olitensis
Submissequè nobis Supplicasse, nec non ad in
tercessionem cæterorum Consiliariorum Nos
trorum pro Ipsis apud nos factam, ut Nos
tra reliqua oppida jure Theuthonico gau
dent, ipsis quoquè frui concederemus. Id
circo nos pro eo, quod in ornandis et pro
movendis Rei Publicæ nostræ commodis
magno Studio tenemur. Cupiens ut illis
suum oppidum nostrum olitense tam com
moditatibus quam ædifitijs ex Strij et in
majorem amplitudinem augeri posset, in
am libenter ex gratia nostra ac libe
ralitate Regia, eius oppidi Civibus Ius Theu

Ius theuto-nicum nada-ie

tonicum magdeburgense concessimus,
Dedimus et per Præsentes damus, ac
gimur atque ab omnium Polonicarum
et Lithvanicarum Legum Statutis et a
omni juris dictione officij Terestris et
Nostræ exemptos, esse volumus, ac Præ
sentibus Literis Nostris eximimus. Itaque
Cives et omnes Incolæ Civitatis nostræ Oli
tensis omnes Causas et Controversias
tam Civiles quam etiam Criminales se
cundum Ius magdeburgense inter se di
rimere atquè istius Iudicio subjacere
debent. Salva tamen Apellatione, atquè

apellacya do Sądu mag-deburskie-go do Dzier-żawcy olic-kiego

Sententiæ officij seu Iudicij istius seu
his acquiescere noluerit ad Capitaneu

istius Curiæ Nostræ olitensis, qui eius modi Cau-
sas perappellationem ad se devolutas, Iure The-
utonico Maydeburgense definiet. Quod si vero et
Capitanei Decreto premisse putans iniqueque ad
Tribunal Nostrum Regium provocaverint atque
illud etiam liberum ipsis esse volumus. Advoca-
tum autem Consules et Proconsules ipsi e me-
dio sui omnibus temporibus eligent et si au-
tem propter Collationem nostram Iuris Mag-
deburgensis huius ipsius oppidi incolis initio
istituti petierunt, a nobis Generosum Theodorum
Sklumin Curiæ Nostræ Magni Ducatus Lithvaniæ
Thesaurarium, atque Braslaviensem, et olitensem
Capitaneum, ut eundem ipsum ad vocatum ipsis
tribueremus, Quorum petitioni Summus benigne
assensi quod tamen in posterum libertati Eo-
rum in eligendo Advocato electioni nequidquam
derogetur hisce cautum esse volumus. Ad ob-
signandas autem omnes ex eo Iure per ipsum
Iuditium Sententias latas, et omnes alias
Iuridicas Causas, ac reliqua istius oppidi nego-
tia consignanda peculiare informa qua hic
depictum Rosa alba in campo rubeo etiam
ipsis ipsis Conferimus, præterea Comonodis
istius oppidi Nostri olitensis ac gentis Con-
sultum volentes concedimus Facultatem
Domorum in locis aportunis ac tutis ad bra-
ca conficienda quam etiam cerevisiam coquen-
dam extruendis cum omnibus molendinis
et rebus utensilibus ad eam rem pertinen-
tibus haberi. Item Proventibus a poderibus
atque amensuris omnis generis Frugum
a Singulis nempe Iuturnis tam in foris Singu-
lis Septimanis Constitutis quam in Nundinis
quat in Anno Celebrari Solitis, videlicet pro
Festo Sancti Georgii, Ascensionis Domini,

Corporis

Corporis Christi et Asumptionis Beatæ Mariæ Vi-
ginis, Consuetis per duos punmono Lithvani-
cos antiquitûs tribui solitos isti oppido Confe-
rimus Ac ex macellis Laniorum incolarum
oppidi quos aforatium Subiectione Liberamus,
Eidemque oppido Largimur; Exceptis extraneis
Lanijs, et alijs adventitijs rebus, unde Thelone-
um Curiæ nostræ cedere debet. Denique
eisdem Civibus et Incolis oppidi nostri Olite-
sis Censum, qui ab areis, hortis, ac horreis
in quibus virgulta præcipue jugera Morgi di-
ti Continentur, æternis temporibus remittim-
et ad usus Civitatis attribuimus, citra diminuti-
onem agrorum et proventuum antiquitus ap-
pertinentium istius oppidi pertinent, et quorum
ad præsens Modernus Plebanus in usu est.
Quare Præfectis nostris et Serenissimor. Suc-
cessorum nostrorum istius Tenutæ Olitensis
nunc et in posterum existentibus nihil ho-
rum quæ ipsis oppidanis supra Expressis
tuimus prose et Thesaurario nostro Ven-
dicare et usurpare Licebit. Ipsi vero oppi-
dani et Incolæ ijs commodis et utilitatibus
fruentur, Ornamentum istius oppidi nostri O-
litensis Prætorium in Circulo oppidi ex-
truere tenebuntur, atque Domus suas propri-
as pro facultate quisque sua componere conten-
tur habere præterea Traiectum Circa oppidum
Olitense per fluvium Chronum seu Niemen
dictum Ex quo huiusque diversa mo pensio an-
nuatim ad ærarium nostrum deberi oppido huic
nostro perpetuo addicimus, ea ratione ut quotan
anno Quindecem Sexagenas grossorum Lithvani-
rum in Thesaurum Nostrum pro eo Traiectu

Annuma

Grunta y morgi Plebańskie [illegible] za Zygmunta nadane wol[illegible] nemi [illegible]

Annumerent ipsi vero atrajicientibus mercedem prouti
litate oppidi more hactenus consveto exigendi ad navi
gia vero huic Traiectui Necessaria comparanda ve
tustate pessundata robora ex Sylvis nostris Olitene
Tribus, atque tempore hyemis a Colonis nostris Oli
tene usque ad Fluvium Niemen circa oppidum
devehi debent ad quamrem Præfectus No[illegible]
Olitene tumquando opus erit Colonis no[illegible]
dicet. Depossentibus autem isticus oppid[illegible]
nibus nullis penitus Exceptis Exactores et
Dispensatores Annis Singulis coram Commu
nitate rom juxta consvetudinem reliquarum
Civitatum jure Theutonico Maydeburgense uten
tium præstare tenebuntur. Similiter et cer
tam partem Sylvarum ad Iacentem villam
Parochi Olitensis Skranbany dicte, et adsil
vas Villæ Daugovscenes sita ex una usque ad
latus villæ Kolesniki ex altera parte sitam
sex Mansos integros comprehendentem ob u
sum Lignorum ejusdem oppidi Olitensis Lar
gimur. Itemque qui circa villam Lotviance
Et juxta limites Sylvæ Daugovscensis Mansos
duos et Morgos Decem pro ipsorum necessita
tibus illis Conferimus, deinde Secundum
dimensionem in indiciibus Revisorum Com
prehensum, quos Fundos Iidem cives
nostri Olitenses habent adscriptos cum
agris Cultis Nemoribus Pratis pecorum
Pascuis, Fluvijs Fluviolis quorum nume
rum ad octoaginta tres Mansos cum ijs
qui ante Liberi erant ex utraque Parte
Fluvij Niemen in quo etiam omnimodam
Piscationem Liberam ipsis esse volumus
Extenditur horum fundorum prout in
limitibus proprijs continentur commodi
tatibus et usu fructu fruentur Soluta in

Eranium

in Erarium Nostrum, a qualibet Manso consveta
Pensione, exceptis Ritus Ruthenici Sacerdotis et
Advocati Mansis, quorum qui ex Indulgentia
Serenissimi olim Sigismundi Augusti Regis
ab omni censu sunt exempti; Praeteris autem
pensionibus et servitijs quibuscunque quocun
que Nomine appellatis Eosdem Liberos esse pronun
tiamus. Quod vero attine censum ex mansis prædi
ctis Similiter et ducillarem pensionem a taber
nis medonis et Cerevisiæ et vini Cremati pro
consul cum consulibus Annis singulis ab om
nibus, præter Parochi duas et advocati Tabernas
liberas secundum Constitutionem antiquitus
hucusque Tempus retenta, Simili modo et alias
Contributiones quocunque Nomine appellatas ut
in alijs Civitatibus Privilegiatis exigere et in
Thesaurum nostrum inferre tenebuntur. Harum
omnium libertatum, Iurium et immunitatum
Facultatem in omnibus Articulis et Clausulis
Iuri Maydemburgensi annexis perpetuis tem
poribus Eosdem Cives Nostros Olitenses frui
et gaudere volumus, et Eos in prædictis omni
bus Nos et Successores Nostri æternis Tempo
ribus conservaturi sumus. In quorum omni
um Fidem et Testimonium Præsentis Literas
manu Nostra Regia subscripsimus, et Sigillo
Nostro Magni Ducatus Lithvaniæ Communi
ri mandavimus. Datum in Urbe Nostra
a 15 Junij 1581. Vilnensi Die Decima Quinta Mensis Iunij An
no Domini Millesimo Quingentesimo Octua
gesimo primo Regni vero Nostri Anno Sexto.
Cives Olitenses Advocatum Electum Nobis præ
sentabunt, et si is Nobis idoneus videbitur tum
eum illis approbabimus, et concedemus. Suppli
catumque nobis est quatenus præfatum Pri
vilegium Ex Actis Metrices Cancellariæ nostræ
Magni Ducatus Lithvaniæ per Extractum
Authentice Parti affectanti Extradi permitte

Permittere dignaremur Cui Supplicationi uti ju-
ta benigne Annuentes Praememoratum Privile-
gium informa Authentica cum appressione Si-
gilli M: D: Littae: extradi permisimus et Deman-
davimus. Dabantur in Cancelaria Nostra M: D Littae
17 xbr 1748 Die XVII Mensis Decembris Anno Domini MDCCXL[illegible]
Regni vero Nostri XVI Anno

Jan Sapiecha
Kanclerz W. W. X. Litt.^a

Relatio Illustrissimi Excellentissimi Comitis in eodem Sa-
piecha Supremi Cancella-
rij M: D: Litt: Bresten-
sis Gordoviense propo-
sere etc Capitanej

L: S:

Józef Miklaszewicz
Metrykant W. X. Litt.^a

Extractum Privilegij Super Ius Theutonicum Sec[illegible]-
deburgense oppido Oltensi in Anno 1581 Dat[illegible]

mpp

1581 [illegible]

Kopija Przywileju fundationis Maydeburg. ktory miasta Ostry za Nay Jasnieyszego Krola Jmci Stefana

Dekret 1579 Maji 22 Dnia Ap[p]esersk[iego] Zamiany Plebanijskie ne wies Skrzydłowy a przywiley Erectionis Maydeburg Ostrołęki w roku 1581 Juny 15 Dnia cum specificatione Dwoch liwerem wolnych Plebanowi Ostrołęckiemu.

3.